ptī subito partes ad quas pertingit. Et facit puncturam vt ignis: z efficitur nigrum ac obscurum. Et si cum eo exierit liquor z erit in superficie membri similis illi q fuit in corpore combusto vt cauterizato ab igne: ob quā causam sequitur ꝙ antrax ē ex tribus maneriebus: vt ꝑ cum isto apostemate. Adiunguntur seua accidētia: vt est tremor cordis: syncopis: debilitas pulsus. Et iste accidit quia vapores mali lenati veniunt ad cor. Inde parum differt a carbūculo: qr est de materia sanguinea non adusta vel denigrata. Primo in illa est aliquis liquor: q per adustionem exacuitur adhuc non est tā te venenositatis vt est Antrax. Et appellaī carbunculus quasi carbone lucente z non mortuo. Circa ipm sunt notande tres res. Prima est color: locus z dispositio partis: vnde color niger est peior omnibus alijs. Deinde viridis. Deinde citrinus. Deinde rubeus. Unde locus est peior iuxta aliquod mēbrum pncipale: qz extremalibus partibus: vnde dispositio partis est peior illa que est deficcata qz humectata.

¶De cura antracis.

In cura antracis est euacuandum vt dictum fuit in interioribus ſm consensuz virtutis: ac etatis. Secūdario est euacuanda materia defluxa ad illius partem cum appositione ventose: simul cū scalpellatione: z cum sanguisugis z fiat cauteriū cum ferro ignito. Et cauterium cum cera ardenti: qr congelatio cere phibet euaporationez malorum vaporum: imo sparguntur per mēbruz. Ad huc potest fieri cauterium potenciale ex medicinis cauterizantibus: vt est vitriolum: viride es. Arseni cum. Calx viua: z capitellum factum de calce z sapone: vel de aqua fortis: z ex similibus rebus. Etiā bonum est emplastrum factum de scabiosa: cuz ipa in pauco tempore mortificat. Similiter istud emplastrum est bonū. Recipe vitellum vnius ouis: z cum illo permisce de sale quantum potes: z debes innouari de vna hora in aliam. Nihilominus ego laudo plus cauterium actuale: z debent administrari res que operentur contra venenum. Similiter detur hec medicina omni die. Recipe succi scabiose. ʒ. iij. terre sigillate: boli armeni loti añ. ʒ. ʃ. misceantur z potentur in mane. Similiter coagulum bibitum expellit venenum a corpore maxime coagulum legoris. In vice. ʒ. i. cum vino odorifero. Similiter sucus citri. ʒ. ij. cuz vino bono. Similiter terra sigillata: ambra: corall: metridatū: z tiriaca.

¶Cura circa accidentia que veniunt a prauitate materie.

Tertio est notandum circa accidentia q̄ veniunt a prauitate materie z a caliditate ipsius. Et etiam a caliditate medicinarum quā facit cauteriuz: vel a cauterio actuali in parte infirma circunstantis vt mortua cum aliquo ferro: vel vt qr causatur dolor z est causa inflāmationis: z apostemationis. Ideo dꝫ expectari quousq; naturaliter euellatur: z incidatur circa partes suas non dimittēdo aliquid carnis infirme: z corruptio nō vadat ad partes sanas. Et est bona scarificatio vt mali humores possint exire. etiaz ventosa euellit de profundo sanguinem corruptum z venenosum vt non reuertatur a circūferentia ad centrum. Fracta cute z extracta materia venenosa in eius euacuatione. Caueat sibi medicus a malis fumis: z non tangat cū manu: qr vna materia distillati subtilis est contagiosa intātū ꝙ medici postea infirmātur. Imnio apponatur medicamē qō abstergat z mundificet. Sicut medicamen factum ex farina ordei z melle cum pauco salis apponendo solliū. ¶Ad idem recipe sarcole mellis. añ. partes equales misceantur z mirabiliter operatur facta mundificatione administretur generatiuum carnis. Et si est concauitas capiatur basilicū z teratur z impleatur concauitas z fiet generatio carnis. ¶Ad idem recipe aristologie rotunde: centauree minoris: pentafilō consolide maioris. ana partes equales: z distillet aqua ad lambicum z reseruetur tempore: z ē mirabilis in reseruatione carnis. ¶Ad idem emplastrum ex coriandris recentibus z vuis passis recētibus cum melle est bonum. ¶Ad idem radix anfodilli cum fece vini. Similiter bertonica cum pinguedine emplastrata. Et ista sufficiant in cura carbunculi z antracis.

¶Quare dicitur patrachia glandula siue buffo z similia.

Secundario est notandus de patrachia siue glandula vel buffone. Et dicāt patrachia: a patrachio homine qui ꝓmo inter xp̄ianos inuenit. Et dicitur buffo siue bubo ad similitudinem illius animalis. quod hic vocatur qr tale apostema accidit in locis emunctoriis absconditis: vt illud animal continuo stat. Sed differūt qr patrachia fit de materia venenosa. Bubo autem non. ideo sic diffinitur. Patrachia est apostema venenosum perdens quod operatur circa pulsus cordis cum syncopi z tremore: multiplicatur tempore pestis in locis ꝑdictis: vt in collo. Causa istius est causa diffinitionis que etiam est dicta supra. Et differt a carbunculo: qr materia sua cuius sit ex sanguine non est tantus adusta: vt in carbunculo: z est signus alterius malitie: quia occidit in tribus vel quatuor diebus: z aliquando in paucioribus: z aliquando in quinq;: z si peruenit vsq; ad septimū potest sperari. Aliquādo generatur ex materia flegmatica: z aliquando humida cum sanguine permixta. Similiter est differentia qr carbunculus nascitur in extremitatib⁹: z in alijs partibus corporis exceptis emunctoriis. Et etiam in principio non causatur eschera vt a carbunculo.

¶Modus curationis istorum.

Circa curam istius apostematis. Sciendum est ꝙ duplex est intentio: scz̄ vniuersalis z particularis. Uniuersalis sit ſm intentionem. scōa ita ꝙ si tale apostema est sub asellis dextre fiat fleubotomia ex alia parte in brachio: z ex vena cōmuni. Si post aurē fiat fleubotomia ex vena capitis illius lateris in manu. Si in inguibus ex saphena illius lateris. Cura particularis est duplex ad hoc vt materia extrahatur sensibiliter cum rebus que habēt extrahere z resoluere vapores illius: z hoc fit cuz appositione ventosaꝝ z scalpellatione: z sanguisugis: vel cum cauterio actuali vel potentiali: vel cuz omni alia re cum qua melius fieri potest. Primo

ſi apponitur ventoſa cum igne: vnde fiat ſcarifi-
catio: ⁊ de nouo reponatur ventoſa vel ſanguiſu-
ge bone vel habeaꝫ gallus ⁊ depileatur circa pudi-
bunda apponaꝫ loco p horam: ⁊ in alia hora ap-
ponatur alter: ⁊ ſic fiat per totã diem ⁊ venenũ ita
attrahitur a corde galli. Ideo gallus ſubito mori-
tur. Scḋa eſt qꝫ fiant emplaſtra que habeãt attra-
here ⁊ reſoluere ſenſibiliter. Quoꝝ hec ſunt deſcri
ptiones. ℞ Recipe medulle ſermenti. ʒ. iiij. finapis:
ſemis vrtice: añ. ʒ. ſ. vitrioli. ʒ. ij. Cãtaridarum nu-
mero. x. miſceãtur ⁊ componãtur cum melle diſpu
mato. Ad idem recipe capitellũ factũ ex calce vi-
ua: ſapone: ⁊ cũ ſaliua eſt bonũ. Ad idem recipe ra-
di. naſturcij: agrimonie: ana. M. hec buliant cum
oleo de lilio: ⁊ melle: ana. ʒ. iiij. Ad idem recipe cã
tarida qꝫ numero. x. puluerizent: ⁊ buliant cuꝫ oleo
veteri vſqꝫ ad ſpiſſitudinem ⁊ apponaꝫ loco. Aliud
recipe cartomi: nucis: rancide: ſeminis caulis: cepe
ſtercoris columbini: ana. ʒ. i. miſceantur ⁊ pulueri-
zentur: ⁊ fiat emplaſtrum: ſimiliter appoſitio iſtiꝰ ca
pitelli eſt multum vtilis.

¶ Ad frangendum ⁊ euacuandũ apoſtema.

SIngulares medicine que frangunt apo
ſtema: ⁊ euacuãt materiam ſenſibiliter
ſunt iſte. vꝫ. Species gũme: vt eſt galbi
na: euforbiũ: ar ſenicũ: naſturtium: vri-
ca: ſemẽ finapis: nuces rancide. canta-
relle: cordumeni: ſaliſgeme. baurach: piracon: ſter
cus auium calidoꝝ: vt eſt columboꝝ: accipitrum: ⁊
falconũ. Componantur omnes iſte res cum gum-
mis ⁊ ſucis vel melle: vel ſtercore auiũ: vel capitel-
lo: vel lixiuio fortiquo vtũtur tinctores: vel alchi-
miſte. ¶ Alia circa hoc ſpecialis in materia inſen-
ſibiliter reſoluaꝫ. ℞ Recipe baurach: ſalis armonia-
ci: allei: piperis nigri: ana partes equales piſtentur
⁊ miſceantur cum ſuco ſcabioſe: ⁊ fiat emplaſtrum.
¶ Aliud bonuꝫ. Linogloſſa viridis ⁊ ſiccata trita
inter duos lapides ſimũr conſolida maiori mirabi-
liter operaꝫ. Et hoc vidi p experientiaꝫ qꝫ reſoluit
venenũ. Similiter operaꝫ vincetoxicũ ſiue antifo-
rata: qꝫ habet ꝓprietatem ſingularem.

¶ De pruna ⁊ igne perſico.

MOdo reſtat iſtud capitulum videre ⁊ ẽ
notandum qꝫ dicitur carbo vel pruna:
qꝫ in principio ſue apparitionis facit
vnam aduſtionem ⁊ eſcharam: qꝫ cor
rumpit partes quibus ſuperuenit cuꝫ
ſorditie de ambulando ⁊ facit mẽbrum nigrum: ⁊
eſt de genere carbunculi ⁊ nihilominus differt ab
illo: qꝫ pruna generatur ex ſanguie ſubtili: vt ſepe
apparet tempore peſtilentie. Materia autem car-
bunculi fit ex ſanguine groſſo aduſto: vt dictum ẽ:
adhuc differũt qꝫ pruritus precedit carbũculum.
non autem in pruna. Adhuc differunt qꝫ in aduẽ
tu carbũculi color ſemper eſt niger: ⁊ in aduẽtu alio
rum. Aliquando rubeus. Aliquando citrinus. Ali
quando viridis. Adhuc eſt differentia inter carbo
nem: ⁊ ignem perſicum: qꝫ ignis perſicus eſt quan-
do colera predominatur melancolie in tali aduſtio
ne: ⁊ tunc eſt nigredo circunſtans quãtitatem ⁊ cũ
tali colore: vel inſanis laudat tempus capiendi tiꝛ
riacam: ſanis ⁊ egris cum ſtomachus vacuus fue-
rit ⁊ tu bene digeſſeris: ⁊ aliquando ad fabe egyp-
tiace magnitudinem: aliquando ad modum aue-
lane. Et ad pondus. ʒ. ſ. vel. ʒ. i. ad plus. ſm qꝫ plus
ad digeſtionem ſtomachi tempus habes: ⁊ modo
cum aqua: modo cum vino: modo cum ſuco gra-
nati: modo cum vua: modo cum ſucis: vt dictum ẽ
ſupra: appropriatis quod tibi ex te ſcire relinquiꝫ.
hoc modo medico logico ⁊ ſapienti. Ita adhuc
circa exhibitionem ipſius tiriace. Quam ego Pe-
trus voco dominam medicinarum. Conſiderare
etiam oportet anni tempus: regionem: ⁊ etatem:
vtputa ſi eſtas eſt maxime cum calidior facta fue-
rit. Nam leditur inde corpus vt circa hoc. Ha. Ipo
cratem allegat cum dicit. Eas ante canem mole-
ſtas eſſe farmancias. Et quia vt plurimũ febres in-
fert hoc tempus partius vtendum eſt iſto calidiſſi
mo tempore tiriaca: ſimiliter ab hominibus ma-
gne caliditatis partius eſt vtenda niſi forſam co-
gat neceſſitas. ¶ Et eadem ratione quia fortior eſt
virtus tiriace roborẽ infantium propterea ipſam
Galienus infantibus prohibet exiberi: niſi cauſa
predicta: cuꝫ ipſe aſſerat ſe vidiſſe mirabiliter mor
tuum fuiſſe infantem vnum ex immoderato vſu ti-
riace: diſſoluit enim in totum ambitum eius ⁊ ven
trem fluere fecit: ſic propter irrationabilem aſſum-
ptionẽ tiriace perijt infans. Galienus finaliter cõ-
cludit qui in terra calida conuerſabitur: vt puta ni
grorum vel ſimilium: caue vtifarmaca. videlicet ti
riaca niſi vt dictum eſt in neceſſarijs cauſis ⁊ ſuffi-
ciat tibi: ⁊ que inibi eſt caliditas. ¶ Quo circa a pri-
mo ortu Julij: ⁊ inquantum durant dies canicu-
lares: ſcilicet per totum vigeſimũ ſecundum diem
Auguſti: ⁊ hominibus calidiſſimis per totum Au-
guſtum exhiberi inibet tiriacam: niſi vt dictum eſt
ſi eſſet neceſſitas maxima: vtputa peſtis: morſus ve
nenoſus ferarũ: ⁊ his ſimilia vel maiora inſtarẽt.



¶Incipit anothomia Mundini.

Uia dixit Sal.septimo terrapentice. Methodi. auctoritate platonis op9 i aliqua scientia vl arte traditur trib9 de causis. ¶Primo vt quis satisfaciat amicis. ¶Secundo vt exerciteꝫ qs exercitio vtilissimo quod est per intellectum. ¶Tertio vt remedietur obliuioni:que est ex senectute. Hinc est q9 his trib9 de causis pmotus ppositi meis scholaribus in medicina quoddam opus componere. Et qr cognitio partiuz subiecti in medicina: quod est corpus humanum:que loca dispositionũ appellatur:est vna partiuz scientie medicine: vt dicit Auerroys primo sui Colliget.capitulo de diffinitione medicine. Hinc ẽ q9 inter cetera nobis cognita cognitionem corporis humani ꝛ partium eius que ex anothomia insurgit proposui tradere:non hic obseruans stiluz altum sed ſm manualem operationem vobis magis tradam noticiam.

¶Situato itaq9 corpore vel homine mortuo per decollationem vel suspensionẽ supino. Primo noticiam totius debemus habere. Secũdo partium:naz cũ omnis nostra noticia incipiat a notioribus nobis.ꝛ que sunt confusa sunt notiora:ꝛ totũ confusius sit partibus a cognitione toti9 debemus incipere. ¶Circa totum aũt quod debemus cognoscere est in quo homo differentiam habet ab alijs animalibus. Habet autem differentiam in tribus.ſ. in figura vel situ partium:ꝛ in moribus siue artibus:ꝛ in partibus quibusdam. In figura nãq9 homo est stature recte:ꝛ hanc habuit ppter quatuor causas.nam corpus humanum habet inter cetera animalia materiam leuissimã spumosam ꝛ aereaz. Et ideo ad superiora eleuabilem. Secũdo inter cetera eiusdem quãtitatis calorem habet amplioꝛem cuius est semper ad superiora eleuare. Tertio formã habet pfectissimã que cum angelis ꝛ intelligẽtijs que totum vniuersum regunt coicat:ꝛ ideo sursum eius sensus vniuersi esse debẽt. Quarto ratione finis sui fuit eiusdem stature ꝛ figure recte:qr ipse finaliter ordinatur ad intelligere ad qđ deseruiunt sensus ꝛ maxime sensus visus: vt apparet in pemio methaphisice ꝛ ideo in ipso debuit visus situari:ꝛ cerebrum:ꝛ p consequens caput situ tali vt possit omnia diuersa sensibilia apprehendere. Et qr ad plura visibilia se extendit quãdo situatur in alto:qđ apparet qr custodientes ciuitates vt possent a longe bene videre statuunt sua spectacula in loco alto:vt in turribus ꝛ huiusmodi: vt dicit Sal. nono de iuuamẽtis mẽbroꝝ. Et pp hoc ipse ibi dicit:ꝛ ẽt Aui.iij. can.in pncipio q9 necessitas in situãdo caput supius in hoie nõ fuit pp cerebrũ:nec pp aures:nec ppter os:nec ppter nares:sed ppter oculos ppter cãm dictaz. Et sic ex parte apparet oiuz quatuor causaꝝ q9 homo fuit stature recte: pp qđ vocatur antropos vel plãtenus.i.plãta reuersa:ꝛ microcosmus.i.minor mũdus: qr surſuz ꝛ deorsuz hz sicut mũdus ꝛ vniuersum. Et est hec pma dria. Scda est ex moribus vel ex arte. Mores.n. inter cetera aialia magis hz mansuetos:nam est aial politicũ ꝛ ciuile. Arte oia natura caret.nõ enim hz artẽ insitaz a natura:vt aranea:apes:ꝛ hmõi:ad hoc vt pcipiat oẽm artem.si enim haberet aliquã insitaz a natura:oi alia careret arte:vt dicit Sal.iiij.de iuuamentis. Differt ẽt ab alijs in partibus:nam nõ hz partes multas:quas hñt alia aialia intrinsecas: nã nõ hz ptes q̃ sunt a natura date vt arma ad defendendũ sicut sunt:cornua:rostra:vngues lõge:ꝛ istis caret:qr hz organuz organoꝝ qđ est manus: q̃ sibi põt parare omne genus armoꝝ ad defendẽdũ: vt ẽt dicit Sal.j.de iuuamẽtis:ꝛ iõ caruit a natura ũlis:vt oia possit habere. Caruit ẽt ptibus q̃ pilose: pẽnose:ꝛ squamose sunt pp eandẽ cãm:ꝛ ẽt qr nõ hz materiã multũ supfluã terrestrẽ:q̃ materia ẽ illaruz ptiũ. Caruit ẽt cauda pp eãdẽ cãm ẽt qr cum sit stature erecte getẽ opaꝫ sedendo: cauda.n. sessionẽ phibet. hec sufficiant de anothomia totius.

¶De partibus nãq9 licet sint duplices.ſ. simplices ꝛ composite: de simplicibus non ponam distinctam anothomiam: quia eorum anothomia non apparet in corpore deciso:sed magis in liquefacto in gurgitibus aquarum. Sed ponẽdo anothomiam mẽbrorum organicorum de consimilibus loquar ſm q9 simile aliquod in aliquo membro organico dñatur: vt de carne in anothomia coxe: ꝛ ð ossibus in anothomia dorsi ꝛ pedum ꝛ de neruis i anothomia cerebri ꝛ nuche. ¶De membris autez officialibus sciendum q9 in q̃spluribus ipsorum q̃ztum ad anothomiam factam in mortuis sex sunt videnda:vt dicit cõmentator Alexandrinus commento libri sectarum.ſ.que ipsoꝝ sit positio:que sit eoꝝ substantia:ꝛ p consequens cõclusio que sit eorum quãtitas.numerus:figura:ꝛ continuitas eoꝝ. Sed quãtum ad anothomiã ipsoꝝ factam in viuis sunt consideranda duo que etiã in mortuis: vel mortuoꝝ anothomia possunt quodãmodo apparere. primũ ẽ que sint iuuamẽta ipsius ꝛ opatiões. scꝫ est que sint egritudines q̃ in ipso pñt cõtingere:ꝛ ei curam aliquã appropriatã habeãt que sit illa ostẽdatur. ¶Diuiſo aũt ꝛ numerus partiũ corporis ẽ: qr ptes quedã sunt que extrema vel extremitates dicuntur. Quedam vo intrinsece ꝛ pfunde:ꝛ illaruz q̃dam sunt que ordinant imediate ad cõseruationem spẽi:q̃dã imediate ad cõseruationẽ idiuidui. Prima sunt mẽbra genitalia. Scda sunt que i vẽtribus cõtinent. Tres aũt sunt vẽtres in corpe nostro.ſ.supior q̃ continet mẽbra aiata vt caput. Inferior q̃ cõtinet mẽbra naturalia. Medius q̃ continet mẽbra spũalia. Primo tñ incipiã ab anothomia ventris inferioris:qr illa mẽbra fetida sunt. Et ideo vt ista primitus abiciãtur ab eis incipiendũ ẽ. Secundario qr eis nostra cognitio ꝛ speculatio q̃ ex manuali cõsistit operatione a notioribus nobis incipit:talia aũt cũ sint posteriora sunt nobis notiora. ¶Primũ aũt qđ ẽ videre ex hiis vẽtre ẽ substãtia ꝛ cõplexio eius:qr positio eius ẽ satis nota:qr fuit positus infra alios vẽtres pp impfectionẽ eoꝝ mẽ-

brozuz:q̄ cōtinenť:qz mēbrū quāto minº ptcipat de nobilitate ꝛ pfectione:tanto magis locū iſimuz obtinet in genere membroꝝ:ſicut ē in mundo in genere entiuz. Item qz ꝓtinet mēbra deputata ad expurgandū ꝛ ad ꝓtinendum feces ꝛ ſuꝑfluitates graues que.ſ.ꝓtendunt deorſum:ꝛ ſpāliter q̄ ſunt accepte p ſurſuz. Eſt itaq; ſubſtātia eius carnoſa:vt ſtreſtina ꝛ pelliculoſa:ꝛ carnoſa tñ magis: ꝛ ex hoc apparet ꝙ ē cōplexionis calide ꝛ humide. Et cā q̄ re fuit huiuſmodi venter carnoſus ꝛ pelliculoſus: ꝛ nō oſſuoſus ē:qz huiuſmodi vēter hꝫ ꝓtinere mē bra que ꝓpter aſſumptionē cibi vt ſtomachus:ꝛ p pter repletionē ꝛ retentionē fecū:vel ex fecibº i cō cauuz:vel ex aquoſitate vel ex vētoſitate: vt ydro piſis:vel ꝓpter ꝛpregnationē vt matrix oꝫ aliquā do tumeſcere. Si aūt venter eſſet oſſuoſus nō poſ ſet intumeſcere. ¶ Scōꝫ ꝙ opꝫ videre ē numerus ptiuz q̄ẽtitas ꝛ figura. ptes .n. ſunt duplices. ſ. intri ſece ꝛ extrinſece. Quedā ſunt directa:quedā collā terales extrinſece:directe ſunt q̄ dñr coreſpondere ori ſtomachi ꝛ ē ps in qua ſentiť os ſiue cartilago epiglotalis:que alio noie noiatur pomū granatuz de qua ſuo loco apparebit:poſtea ē ps ſtomachā lis que ē ſupra vmbilicū vel diſtans ab vmbilico p quattuor digitos. ¶ Tertio ē ps vmbilicalis: ꝛ eſt vbi ē vmbilicus:cū quo ē alligatio fetus in matri ce cū venis matricis. Et ꝓptera intrinſecis appa ret vena q̄daz que ꝓtinuať cū ipſo ꝛ ptranſit p ꝛir bum epatis in chiliz. ſ. venā. iſta tamē priuata eſt ſanguine:qz fruſtra ē poſt partuz a ppria operatio ne:ꝛ ꝓptera ꝓtinue euaneſcit:ꝛ ló minor appareť ſenibus q̄ẓ in iuuenibus:ſicut ēt euaneſcit artaria que cū dicta vena deſcendit ad vmbilicū fetuſ. Et qñ eſt in vmbilico deſcendit inferiuſ:ꝛ peruenit ad artariuz adorti iuxta ſpondiles renū ꝛ yliox:vt in fra dicēť:ꝛ qñ excarnas mirach ꝓpe vmbilicū hāc cōſidera artariā que eſt ad modū nerui vť chorde. ¶ Quarto eſt ps que vocať ſumē infra vmbilicū per quattuor digitos ꝛ eſt ps in qua quedaz vene terminať ad cutiz per quas pueri exiſtentes in ma trice emittunt aquoſitates. Et ideo vt dicit Auicē. tales vene ꝛ talis pars notior ē in nō natis q̄ẓ in p fectis:pꝫ quarta tertij capīo ō cauſis. Ego hoc mo do multotiens monſtrauī:qz in pfectiſ fruſtrať ab operatione. ¶ Quinto eſt ps que vocať pecten in quaz exiſtunt mēbra genitalia. ¶ Partes vero la terales ſunt duo:ypocūdria ꝛ ylia. Et eſt ypocun driū dextruz ꝛ ſiniſtrū:dextruz vbi locatū ē epar: ꝛ ypocūdriuz ſiniſtruz vbi locatū eſt ſplen ꝛ ylium dextrum ꝛ ſiniſtrum ſimiliter.

Iſte viſis partes magis intrinſecas diſcernas:ipſaꝝ. n. quedaz ſunt ꝓtinentes quedaz vero ꝓtente. Continētes cōi nomie vocanť mirach. Mirach aūt cōponiť ex quinq; partibus. ſ. cuti:pīguedine:panniculo carnoſo:muſculis ꝛ chordis eoꝝ:ꝛ ſiphac. Cuz raſorio igitur incide ptrahēdo a ſcuto oris ſtomachi directe vſq; ad oſſa pectinis leuiter incidendo cuti:poſtea iuxta vmbilicū ſm latitudineꝫ incidas ptrahendo a dextris ad ſiniſtras vſq; ad deorſum. Poſtea excoria ꝛ habebis primo cutim: poſt autē apparebit ſtatim pinguedo maior tamē in porco q̄ẓ in homine. poſtea locatus eſt panniculus car noſus qui nō eſt nerioſus vt alij:neq; ē carnoſus: vt muſculus:ſꝫ eſt pmixtus,ex carne ꝛ pāniculo pº eum ſunt chorde ꝛ muſculi. ¶ Muſculi ſunt octo vt dicit Galle. ſexto de iuuamentis mēbroꝝ:capi tulo penultimo:maz duo ſunt lōgitudinales:quo ruz fila ꝓtendunt ſm longum a clipeo oris ſto machi vſq; ad oſſa pectinis. ideo vocati ſunt lon gitudinales:ꝛ iſti non hñt magnas chordas niſi ligamentales:poſt iſtos ſunt duo trāſuerſales ſu periores:vnus a dextris alter a ſiniſtris: ꝛ ambo oriunť a ſupioribº iurta coſtas:ꝛ definunt in chor das circa oſſa pectinis:ſic ꝙ dextera chorda tēdit inferius ad ſiniſtrū:ꝛ ſiniſtra ad dextrum: ꝛ p op poſituz ſunt ꝓcedentes inferiores ad ſupiora:quo rū oꝛtus eſt ab oſſibus pectinis:ꝛ ancbe ꝛ deſinūt in chordas:cū ad locuz vbi finiunť coſte dirigunť ita ꝙ chorde eoꝝ cruciant adinuicem ad modum ſtius ✠ figure. ¶ Ultimo poſt iſtos ſunt latitudi nales:quoꝝ fila ꝓtendunt ſm latuz vnus dexter: ꝛ alter ſiniſter:ꝛ oꝛtus ꝛ apparentia eoꝝ eſt magis iuxta dorſuz verſus ſurſum:ꝛ iſti cū longitudinali bus veniunt interſecantes ſe ad inuicez ad angu los rectos. ꝛ hic eſt numerus: quantitas: poſitio ſubſtātia:figura:colligantia:ꝛ ꝓtinuitas. ¶ Juua mentuz eoꝝ eſt duplex. ſ. cōe ꝛ ppriuz. Cōe eſt du plex. ſ. principale ꝛ ſecundarium. Principale eſt: vt cōſtituentes ſubſtātiaz ipſius mirach mēbra in trinſeca tueanť a nocumentis extrinſecis:ꝛ caliťas eoꝝ reuerberet ad intra. Secū dariū ſuuamētū ē: vt adiuuēt ad expulſionē eoꝝ que a pectore expellū tur:ꝛ vt ad expulſionē fetus:ꝛ fecū cum mirach ēt adiuuēt:vt dicit Hal. i eo dē ſexto. Juuamentū ſpe ciale eſt:qz muſculi longitudiales ſunt facti ad at trahendū principaliť. Secōo ad expellendū. Et quia hec opatio in ꝛeſtinis maxime regitur. ió iſti mu ſculi fuerūt magni. expulſionē aūt operanť p con tractionē villoꝝ ſuoꝝ:quibus cōtractis exprimunt membra que continent ꝛ p cōſequēs expellunt ꝙ i eis continet. Jté hoc faciūt gra dyafragmatis cuz quo cōtinuantur ꝙ deſcēdēs a pte poſteriori de orſum cā ſit:quare inteſtina ꝛ mēbra que continen tur ſunt quaſi iter duas manus. ꝛ ió qñ iſti muſcu li ꝓtrabūtur cōprimiť dyafragma:ſic ꝙ illa mēbra exprimunt quod in eis eſt. ſicut aliqua res contē ta inter duas manus expellitur per compreſſionē manuū adinuicem. quod latius infra declarabiť i anothomia dyafragmatis. Muſculi vo latitudi nales ſunt facti ad expellendum ꝛ ppter hoc ma xime imediatius approximanť inteſtinis: ꝛ expul ſionem faciūt p compreſſionem partis a qua oꝫ fie ri expulſio. Et expulſio oꝫ fieri a ſupioribus ad ife rioꝛa. ¶ Hinc eſt ꝙ iſti muſculi magis fuerunt po ſiti ſuperius q̄ẓ inferius. Tranſuerſales vero facti ſunt ad retinendum. Retentio aūt fit p villos trāſ uerſales:vt apparet tertio de vtutibus naturalibº qua retentione oportebat facere ne ſuperfluitates reaſcenderent ſuperius ad locum ſuperiorem: vn de venit. ꝛ ne cito deſcenderent. ſed continerentur vt totum iuuamentum exurgeretur. ideo non fue runt tñ duo tranſuerſales ſuperiores ſed ꝛ infe riores. Sed ꝙ magis regitur retentio ne regrediā tur ſuperius q̄ẓ ꝙ deſcendant inferius. ꝛ ideo maio res fuerunt tranſuerſales ſuperiores q̄ẓ inferio res. Et etiam ad hoc facit dyafragma: vt poſtea dicetur. ¶ Elevatis autem ꝛ abſciſis muſculis

iſtis apparet ſiphac melius eſt:tamen vt in vna pte reſeruentur iſti muſculi ꝓpter illud quod poſtea oportet videre. ¶ Iſtud ſiphac eſt panniculus ſubtiliſſimus:ꝛ valde durus:ꝛ iſte fuit factꝰ vt phiberetur ne muſculi cõpumerent membra naturalia cum ea ꝓtinerent:ꝛ ꝓpter hoc fuit neruoſus ꝛ durus: vt poſſit dilatari ꝛ ꝓſtrigi quãdo illa dilatant ꝛ fuit ſubtilis ne ea aggrauaret ꝛ fuit durus ne faciliter rumperet:nam ex eius fractura accidit paſſio que dr̃ ruptura ſeu crepatꝫ. Intumeſcit n. hoc mirach cum rumpit̃ hoc ſiphac. Sunt ēt eius alia duo iuuamenta que Aulcen. ponit libro de anima libus capitulo de anothomia ſtomachi.ſ. vt ꝑ contractionē eius verſus dorſum cũ quo alligat expellat illud quod in ſtomacho ꝛ inteſtinis ꝛ in matrice ꝓtinet:ꝛ hoc facit ſimul cũ dya fragmate cum quo continuat:vt poſtea patebit. Aliud iuuamentum ē vt alliget inteſtina dorſo: ꝛ vt ab ipo vniuerſaliꝫ oriantur panniculi oium membrorꝫ aliorꝫ in eo contentorum. Alia vtilitas ꝑ Halie. quinto de iuuamentis membrorꝫ eſt ꝙ phibet inteſtina a ruptura quãdo inflantur a vẽtoſitate. Et ex his apparꝫ que ſit ſubſtantia ipſius mirach ꝛ complexio eius:apparet q̃ ſit eius poſitio quantitas partium:ꝛ numerus apparet que ſint iuuamenta ipſius. Reſtat aũt videre de paſſionibus eius:põt autem venter pati omne genus egritudinis.ſ. malam complexionē:malam compoſitionē ꝛ ſolutionem ꝓtinuitatis. De cura male complexionis nihil dicam:quia non habet ꝓprium in ſua curatiõe quod ex anothomia depẽdeat. mala aũt compoſitio que ē tumor preter naturam in ipſo ē duplex:quedam ē apoſtema: ꝛ quedam non. Prima non habet aliquod ꝓprium niſi ꝙ in eruptione eius ſi rumpat ad intra ꝛ extra hec eſt peior q̃ ſi rumpat ad vnum latus tantum:ꝛ cauſa patet:quia natura non habet ſupra quod ſe fundet in conſiliando vulnus. Mala autem complexio que non ē apoſtema ē inflatio ipſius ventris: que accidit in ydropiſi aſclite vel timpanite. Nam in aſclite aquoſitas continet̃ in concauitate vẽtris inter inteſtina ꝛ ſiphac:ſicut in timpanite ventoſitas continetur:ꝛ facit itumeſcere mirach. ¶ In curatione eius debes ſic procedere cum his que ponũt auctores. Modus autẽ qui maxie depẽdet ex anothomia ē extractio aquoſitatis per inciſionē. Modus autem eſt vt partem ſiphac quã modo inciditi reducas ſup inteſtina:ita ꝙ ſtet ſicut in viuo: et poſtea ydropico ſituato ſupino debes cutem trahere ſuperius:ꝛ poſtea raſorium habere ꝛ perforare vſq; ad ſiphac: ita ꝙ incidatur etiã ſiphac:ꝛ tũc ſtatim debes habere canulam ꝛ ponere in foramine ꝛ extrahere de aquoſitate quãtum ſuſtinet patiẽs ſemper tamẽ ſis memor ꝙ melius ē infra ſuſtinere q̃ exquiſitiſſime euacuare:ꝛ ſpecialiter in ydropiſi ꝓpter debilitatem virtutis:poſtea dimitte cutim qr redibit ad locum ſuũ ꝛ recooperiet vulnus ꝛ ex aqua amplius nõ exibit. Ipſam vero quãdo vis extrahere plus retrahe cutim ſicut primo. Iſtõ tamen volumus, non facies niſi a lateribus:non in medio:qr vulnus factum in medio non ita cito cõſolidat̃ ꝓpter ſiphac eſſe groſſius ꝛ ſolidius ibi q̃ in lateribus. Secũdo ꝓpter chordas vulnus ē paratus ducere ſpaſmũ. Tertio qr aqua melius egredit̃ qr grauis ē tendere deorſum. Si vero vẽter patiat̃ ſolutionē ꝓtinuitatis:tũc illa ſolutio eſt penetrans in pfundũ:aut non. Si aũt nõ tũc ē cura difficilis:ſi ſic tũc ꝑ vulnꝰ aut egredietur aliquid de cõtentis aut nõ. Si ſic:aut illud quod egredietur ē zirbus aut aligd interiorꝫ. Si zirbus tũc dorſum ſui cũ ſyrico vel ligare iuxta cutiz quãtuz poſſibile ē:ꝛ poſtea abſcindi:qr totũ de ipſo quãtuz ꝓtingit aer corrũpitur:ꝛ ſi intromittat̃ corrũpit̃ ꝛ putrefacit alias partes:ꝛ iõ dz abſcindi:ꝛ poſt illud dz intromitti ſ;ꝛ filum dimitti extra:ꝛ dimittere labiũ aptum: qr natura ꝓſolidabit zirbum ꝛ expellet illud quod ē cũ filo alligatũ:ꝛ hoc facto debes cõſolidare vulnuſ. Si vero illud quod egreſſuz ē:eſt inteſtinũ tũc aut inteſtinũ eſt vulneratũ:aut nõ. ſi nõ eſt vulneratuz ꝛ neqz ſubſtantia alia ē ei innoluta q̃z citius põt dz intromitti. Si vero aliqua ſubſtãtia vt puluis ē annexa vel ēt ſanguis dz lauari cũ aqua calida ꝛ intromitti. Si vero ꝓpter morã ventoſitas ſit inclusa in eo:ꝛ ex hoc intumeſcat ꝛ non poſſit itromitti: tũc cataplaſma reſolutiuũ vel ſpongia madefacta in decoctione reſolutiua deſup poni dz:ꝛ detumeſcet:ꝛ ſic intromittat̃. Si aũt nõ poſſit detumeſcere neqz intromitti:tũc dilatet̃ vulnus mirach donec inteſtinũ intromittat̃. Cum aũt inteſtinuz fuerit inciſuz:tũc ſi ipſuz fuerit ex groſſis inteſtinis debẽt labia eius ſui cũ ſyrico ſicut labia aliorꝫ mẽbrorꝫ. Si vero ſit ex inteſtinis gracilibus:tũc non ſuſtinet ſuturaz niſi ſit pfunda valde:ꝛ talis impediet operationez eius. Et ꝓpter hoc melius ē vt dimittat̃ ꝛ teneant̃ ꝓiuncta labia vulneris cũ capitibus formicarꝫ magnarꝫ: debent. n. labia inteſtini cõiungi:ꝛ debes hẽre formicas magnas ꝛ facere ꝙ mordeãt labia ꝓiuncta vulneris ꝛ abſcindere caput ſtatiz:ꝛ ſic facere donec labia ſunt iuncta:ꝛ tũc intromitte inteſtinuz vt prius:hoc facto ad curandũ ventris ſolutionē redi. Et iſtud vulnus curari dz cũ reditiõe labiorꝫ in vnuz:ꝛ reducta ꝓtinent̃ in vnum ſutura facta cũ ſyrico hoc modo. Naz in prima ſutura recipe totuz mirach ex vna pte:ex oppoſita vero parte dz dimittũ ſiphac:ꝛ reliqua de mirach i parte i qua dimiſſuz fuit ſiphac dz aſſui:ꝛ ex alia pte ſiphac dz dimitti:ꝛ ſic ꝓcr ad hoc vt labiũ ſiphac iungat̃ ꝛ reducat̃ labio membri carniformis: vt fiat certior ꝛ firmior cõſolidatio vulneris:ꝛ eodẽ modo vulnꝰ hoc ſi per ſeipm nil ſit egreſſuz:ꝛ hoc de anothomia mirach quod ē membrũ ꝓtinens ſufficiat ꝛc.

Reſtat videre de anothomia cõtentorum: hec mẽbra ſunt numero. x. Primũ qđ occurrit eſt zirbus. Scõm inteſtina. Tertium ſtomachus. Quartum ſplen. Quitum epar. Sextum miſenterium. Septimum renes. Octauũ veſica. Nonuz teſticuli:ꝛ vaſa ſpermatica ꝛ matrix in muliere. Decimum eſt virga cum collo veſice. De zirbo aũt primo qđ dz videre ē locus eius:locꝰ. n. eius in boie ē qr cooperit ſtomachũ ab anteriori parte:ꝛ oia inteſtina:ꝛ lz in alijs non coopiat oia inteſtina:hoc fuit qr hõ iter cetera aĩalia eiuſdem quãtitatis ē debilioris digeſtiue virtutis:ꝛ ēt qr inteſtina nociuis exterioribus ſunt magis diſpoſita pp cutẽ eius ſubtiliorẽ eẽ ꝛ minus piloſaz. Ex hoc ēt põt patere ꝙ ſit eius iuuamẽtũ. Iuuamẽtũ. n. eius eſt principaliter confortare virtutem digeſtiuam ſtomachi: ꝛ interiorum reuerberando calorem naturalem ad

stomachum. Et propterea dixit Hal. qnto de ingenio sanitatis q̄ qdam miles in bello fuit vulneratus cui epiplex. i. zirbus fuit abscisus tñ ex vulnere sanatus é: ex quo tamē postea non potuit digerere. Et ex his consequenter p̄z tertium inquirendū de ipso. s. de substantia eius. substátia eius nō fuit simplex: sed composita ꝛ fabricata ex substantijs que habent calefacere: ꝛ ꝓpterea fuit compositus ex triplici substantia sicut dicit Hal. x. de iuuamentis membroꝝ. s. ex pānículis subtilibus duobus: ex adipe seposa. Ex arterijs ꝛ venis. Et ex panniculis. Primo vt ibi pánículi continerent alia: ꝛ etiā quia iste zirbus debebat esse extensibilis leuis ꝛ dēsus vt caliditatem reuerberat: ꝛ ad hoc aūt magis pōt substátia pannicularis ꝛ aliqua alia. Scdo in ipso fuit adeps q̄ calefacit cum sit valde ꝓpinqua caliditati vel in potentia ad calidum. Tertio arterie ꝛ vene que multum calefaciunt. Ex hoc patent reli qua duo. s. quis sit numerus partiuꝫ eius: ꝛ que sit colligantia eius: nam hꝫ colligátiaꝫ ad mēbra ad que terminatur vt ad stomachū vel ad splenē: ꝛ ad intestina: ꝛ spāliter colon ꝓpter cām que dicetur: hꝫ etiam colligátiam ad membra a qb⁹ oritur. Oritur nāq̄ a pāniculo carnoso inter dyafragma: ꝛ cā quare inde oritur ē: q̄ ad pánículum illum terminantur due extremitates panniculi siphac: que debent inuestire zirbū: ꝛ sic q̄ ibi ē vena magna ꝛ ét ē arteria a qbus iuxta stomachum oriunt vene parue: ꝛ arterie contexentes zirbuꝫ. Tertio ibi ē misin terium sepositum: a quo oritur adeps sepota replēs vacuitates illius contexture. que autez ipsius egritudo ē declaranda per anothomiam patet ex his que dicta sunt supra.

Leuato aūt zirbo quātum ad partem: que cooperit itestina ꝛ nō plus: ne moueas alia mēbra a suo loco statim tibi apparent intestina. Circa que primo notabis positionē ꝛ numerū. ferunt. n. plura inuoluta ꝛ reuoluta: ꝛ non fuerunt vnum intestinum rectū propter duo. Primum q̄ dato in quibusdam buzttis tantum sit vnum intestinum rectum vel recte procedens. In homine autem ꝛ in alijs aialibus perfectis fuerunt reuoluta: vt diu cibus cōtineretur in stomacho ꝛ in intestínis: q̄ si nō contineretur oporteret q̄ animal esset in continua assumptione cibi ꝛ in cōtinua assellatione. Et cōtinuatio illa impediret occupationem in alijs p fectioribus opatiōibus. Scōa causa fuit q̄ si intestinum fuisset totum vnum rectum nō quelibet pars cibi fuisset contacta a superficie intestini: ꝛ iō non exiccasset totū intestinum totam humiditatez contentam in cibo. vt igitur nihil remaneat de cibo intactuꝫ ab intestinis: ꝛ vt tota humiditas exiccaretur ordinauit natura ipsa esse inuoluta. ex hoc statim apparet q̄ sunt plura numero. quia sex tria subtilia: ꝛ tria grossa. Incipiamus ergo ab vltimo qō vocat rectum vel longum: cuius extremitas ē orificium quod vocatur anus. Sed vt anothomia alioꝫ nō destruatur ligare opz intestinum istud circa mediū eius in duabus partib⁹ ꝛ in medio ligature incidere: ꝛ inferiorem ptem dimittere ꝛ cuz superiori ascendere scarnādo. Et nota circa istud intestinū multitudinē venaꝝ miseraicaꝝ q̄ veniunt ad sugēdum si aliquid ēdoc humiditate in cbilo vel de supfluitate remansit. ꝛ istud itestinū iuxta ylia finit vbi incipit intestinū colon. Et dr̄ colon: q̄ plura colla bꝫ vel cauernositates vel cellulas vel cameras in quibus stercus figuram accipit: ꝛ in ipso retinet ꝓp has cellulas. Circa qō intestinū debes considerare locū: q̄ multū circa sinistrum renē inuoluitur hec ē cā quare eius dolor exprte loci nō distinguit a dolore renali. Postea vero ascendens ꝛ cooperiens splenē incipit circa exteriora declinare vsus ptem dextrā ꝛ cooperit stomachū: ꝛ ꝓp cooperturam quā facit supra stomachū accidit: q̄ qñ supfluitates descendūt ex hoc intestino q̄ stomachus ei cōpatitur ꝛ dolor ꝛ rugitus tunc ipis apparet circa stomachū: ꝛ tūc statim hō appetit assellare: ꝛ asselat. Qō nō cōtingeret si in stomacho essent hūidites q̄ facerēt hūc rugitū ꝛ dolorē ꝛ ex hoc pz q̄ accidit his q̄ purgantur q̄ sincopis eis accidit qñ appetunt assellare. Vel humores in intestino hoc continentur q̄ debēt euacuari: q̄ tūc illi humores in intestino illo existentes alterāt stomachuꝫ: ꝛ os ei⁹: ꝛ ex alteratiōe oris stomachi sequtur sincopis. Sed dubitat aliqs rōnabiliter de loco hui⁹ intestini cum sit de grossis debere esse inferi⁹: ꝛ non supra alia cuius oppositū apparet. Dicendū q̄ istud itestinū fuit locatū supius iuxta stomachū ꝓp tria. Primū q̄ istud ignobilius ē oībus gracilib⁹. ꝛ iō sub mirach ĩter oia gracilia debuit esse positū exterius. Scōm q̄ istud intestinum cōtines feces: ꝛ aliquādo indurātur: ꝛ de se priuata sunt oi humiditate ꝛ caliditate nāli: vt a mēbris vicinis adiuuare tur: ordinauit nā vt imediate locaret supra stomachū: vt coopiet a girbo: a quo ꝛ stomachus cooperit: q̄ ꝛ zirbus ipm humectat ꝛ calefacit: ꝛ propterea apparet q̄ nō ē aliud intentū cū quo alligatuꝫ sit zirbus sicut cū colon. Tertia cā hui⁹ locationis ē: q̄ istud intestinū ꝓprie ē factū ad cōtinēdū ꝛ expellēdū feces: sed magis ad expellēdū. ꝛ ideo inter alia itestina ad ipm ꝓprie debuit puenire colera q̄ bꝫ expulsiua stimulare modo ꝑ hoc q̄ sic locatum ē colera ad ipsius substátiaꝫ puenit ꝑter illā q̄ ad cōcauitatē itestinoꝝ puenit. Illa supra ipsum in parte dextra existit pēnula epatis in q̄ existit chistis fellis cū quo alligat: ꝛ hoc apparet ad sensuꝫ. Et ꝓpterea tale intestinū in tali loco apparet citrinum: ꝛ amaꝝ in gustu ꝛ nigruꝫ. Et nota circa hoc mirabilem opationem nature. Ad illud qō obijcitur soluitur q̄ itestina nō iudicāt superiora rōne loci: sed rōne colligātie quā bꝫ cuz stomacho vel fundo stomachi: modo intestina gracilia rōne colligātie ad funduz stomachi sunt superiora alijs: ꝛ ex loco istius superioris intestini apparet cā quare in dolore colico augeat dolor tēpore assumptiōis cibi: q̄ tūc istud intestinū cōprimit a cibo: sz tpe famis nō. Sz intenditur dolor renalis ꝛ hoc est vnum ex signis distinctiuis inter vnum dolorem ꝛ alium: ꝛ ex loco ꝛ colligantia dicti intestíni apparent nobis duo. vnum vale in cognitione: aliud in operatione ꝛ cognitiōe: q̄ quādo fit colica passio incipit in pte sinistra: ꝛ in illa magis molestat: tūc q̄ intestinū illud frigidius est illic cū nō tāgit a chisti fellis. Secūdo q̄ in maiori q̄ztitate est locatū circa renē sinistrū: ꝛ est strictius: tamen illa colica que sit in pte sinistra non tam diu molestat: tum quia sit a causis facilioribus: tum quia est causa eius in loco viciniori

ad expulsionem. Et nota hoc qz per experientiam vidi multotiens. Quantum ad opus vero cõfert. Primo quia in colica ea que administrantur ad extra debent magis applicari z approximari circa ypocondrium dextrum qz̃ sinistrũ licet vtrobiqz conferat. Secundo quia quando fit clistere melius est vt corpus declinet versus dextrum: vt intestinum colon non comprimatur ab alijs: postea iniecto clisteri quando voluntas est vt egrediatur clisteri vertat se statim super latus sinistruz: z postea paulatiue super dextrum sicut in expulsione que debet fieri per positionem administratam per superiorem partem: econtra quando incipit mouere hoc est de loco z colligantia eius. Substantiaz vero eius consideres grossam z solidaz propter vētositatem generatam in eo: multo tempore cõtinet que in eo fortissimum interdum generat dolorem que cum fiat in substantia grossa z solida apparet ac si intestinum terebello perforetur. Et etiam in hoc similatur dolori huius dolori renali. Quarto considerare debes figuram eius z formam que apparet ex dictis. cellulosum enim est intestinum z in cellulis istis quia via z transitus multis obliquatur superfluitatibus: z fit causa more superfluitatum que in eo figuram recipiunt ad modum illaz cellularum: z ideo stercus figuram habet quã scis figura maxime apparet in stercore desiccato: z retento. z in febribus z in alijs egritudinibus in qbus ejiciuntur squibale: z humores flegmatici retinentur: z sunt materia concurbitini. nam in concauitate cellularum: z humor flegmaticus melancolicus: qui est sufficiens materia generationis vermium si inter vnam cellulam z aliam continetur paucus humor qui non sit sufficiens ad generationez panniculum continuantem vnum vermẽ generat in vna cellula cum alio in alia cellula generato.

Operatio iuuamentum z egritudo ipsius ex predictis pz. Hoc autem intestinum est continuatum parte superiori cum monoculo siue ceco quod dicitur monoculus non qz nisi vnum habeat orificiũ: p quod attrahitur ad ipsum z per ipsum expellit: qz hoc est impossibile: sed habet duo orificia: vnuz p quod attrahit: alterz p qd̃ expellit. Istud autem p quod expellit nõ est sicut in alijs oppositis locatuz contra primũ: sed ambo locata sunt iuxta se inuicẽ z infra hec orificia pendet lacuna huius intestini ad modum sacci: z iõ alio nomie vocatur saccus: z sic apparet eius figura: z colligãtia: z locus etiã qz locatũ ẽ in latere dextro supra z iuxta terminũ auche siue scie: z infra renem dextrum. Substãtia eius est eadẽ cũ substãtia colon: egritudinẽ ẽt patit filez. Juuamentũ ẽ vt ps succi que venit ad ipm in eo retineatur: z reuoluaz z vt reuerberet vel descensum phibeat situz ipius succi ab intestinis superius: z ista intestina superiora sunt gracilia z sunt tria. Nã huic intestino cõtinuaz intestinũ yleon qd̃ circa ylia locationẽ hz z situm z reuolutionem: z in isto fit yliaca passio in qua est dolor vehemẽs circa ylia: z sic apparet loc⁹: colligãtia: passio: z dolor. Substãtia ei⁹ ẽ subtilior: z iõ gracile vocaz sicut pp primaz cãm vocaz yleon. Eius iuuamẽtũ ẽ: qz factũ est vt contineat succũ. vt qd̃ vtile ẽ possit exsugari: iõ multum inuolutũ est: z ad ipz pueniũt plures vene miseraice qz̃ ad aliqd̃ aliud intestiuũ: z ab eis z a mesenterio debes ipm excarnare. z qñ ad ptem eius superiorem iuxta stomachũ pueniſti: tunc inuenies p circa ptem sinistrã ad spondiles declinet z valde est icarnatum cũ misenterio: z iõ cuz cautela incide ne frangas aliqd: z post incisionẽ inueniens ieiunũ intestinũ qd̃ taliter vocaz: qz vt plurimũ inuenitur vacuũ in bene disp̃ositis. Et cã sue vacuitatis ẽ duplex. s. rectitudo eius. nã est rectũ sicut intestinũ vltimũ. Scõa cã ẽ multitudo colere pure q̃ peruenit ad intestinũ hic: vt chisti fellis p canalem qui continuatur cũ intestino duodeno cum quo istud immediate cõtinuatur. Et dr̃ istud primum intestinum z vocatur duodenũ: qz eius lõgitudo vt in plurib⁹ est duodecim digitoz ad qd̃ intestinũ cãnalis qdã a chisti fellis venit: z ideo caue qñ excarnas ne istud canale incidas: sed incide intestinũ duodenũ bene iferius z liga: z tunc incipiẽdo sicut incipiunt auctores hẽs sex intestina. Primũ ẽ duodenum. Scõ ieiuniũ. Tertiuz yleon: z ista sunt gracilia: z superiora. Quartũ monoculũ seu cecum. Quintũ colon. Sextum rectuz. Nec. n. oia intestina videbis esse inuoluta continuata alligata dorso sicut alligata sunt oia viscera p quoddã mẽbrũ quod vocatur eucharus vel misenteriũ a miseraicis que i ipo sunt dispersa. Et vulgares, Bononiẽses vocãt ipz interiglio. i. interiora tenens.

De misenterio vel alio noie eucharo.

Istud mẽbrum fm auctores substantiã bz compositam ex venis cordis panniculis ligamentis: vt predicta membra possit ligare ex substantia seposa z pinguj: vt dura mẽbra quales sunt spondiles cum mollibus: qualia sunt intestina z alia viscera sine medio nõ cõiungãtur: vt molle a duro nõ patiatur: reliquas autẽ vacuitates q̃ sunt i hoc replent substantie glandose: q̃ multe sunt in hoc mẽbro: z hoc est vnũ iuuamẽtũ carniũ glãdosaz: q̃ in ẽ. Aliud iuuamẽtũ ẽ vt sustentat venas miseraicas q̃ in hoc sunt dispse sicut nõ est lõgiquũ p iste carnes sint facte ad generãdũ humiditatẽ qua intestina z fex interdũ humecterẽt: vt lubricet cito ab intestinis: z iõ videmus p stercus ligdũ emittiz dato p cibaria sumantur dura. maxima tñ ps glandose carnis ẽ in pte superiori grossa in qua frequẽter congregaz pp ppinquitatem ad splenẽ melãcolia ex q̃ gãtur melãcolia mirachia. Hoc facto eleua misinteriuz vel dimitte donec feceris anothomiã venaruz que pueniũt ad stomachũ z ad splenẽ: ad quã videdam z alioz membroz infla stomachũ cũ canula p portanarium z liga fortiter: z absinde intestina. Et fac ante incisionẽ infra locum ad quem peuenit canalis a chisti fellis ad intestina.

De stomacho.

Viso de intestinis pcedas z videas tertiũ membrũ: puta stomachũ: de quo debes videre illa sex: que de alijs. Primo locuz pnotabis eius: z circa locũ nota primo vbi eius. Secũdo situm vbi eius est: qz cum sit cella cibi stomachus: vt dicit Hal. qnto de iuuamentis stomachi: z capo scõo. z ibi habeẽ totum qd̃ diceẽ de stomacho. Et dictũ ẽ de intestinis: z hr̃ ab Aliebate tertio sue theorice dispositionis regalis. capo. xx. Est g̃ locus ei⁹ i medio superioris z inferioris: dextri z sinistri: anterioris z posterioris. sed

